



In eodem statū neminem posse stare
 sicut dicitur in libro exemplorum

XXXIII

multis miseris. ecce vite calamitas. qui
 quasi flos egreditur et peritur et fugit ve
 lut umbra. ecce vite nostre vanitas. et nū
 quā in eodem statu permanet. Ecce stat⁹ va
 rietas vel commutabilitas psal. Mane
 sicut herba transeat. vespere decidat in
 duret et areseat. Quid igitur homo car
 nalis in corona vanissima gloriaris. quid
 de tanta varietate letaris. Nonne vides
 quod constanter celestia corpora stant. quat
 tuor elemēta stant. metalla multa et talia
 tu vero totus vanus ut umbra veloci
 us transis. quā sum⁹ et herba feni. Nā Ne
 ro imperator qui totus fuit servus carnis
 publice serviens lascivijs. sepe ferens ser
 ra de rosis dum vanitatem dominū non co
 gnovit. dum se diu regnare posse credidit
 iudicante deo in quem ipse non credidit
 manu propria fuisse se per ventrem transfo
 dit. hanc coronam apud sibi non posuit.
 sed coronam potius castitatis. Probat
 enim Valerius maxim⁹ multis et varijs ex
 emplis in vno eodēq; statu neminem posse
 stare. Quia hi mores fortune sunt bos
 deicere. illos eleuare. sūma imis. et yma
 summis euertere. Unde dicit quod quidā sar
 uiozum tyrannus bonis omnibus fuit ple
 nus. et omnibus videbatur fortunatissim⁹
 Nam omne quod desiderabat sibi vene
 bat sicut volebat. ita ut omne quod vel
 let quasi sibi efficere. Nam semel ut dici
 tur quōdam anulum quēdam sibi carissimū
 in mare proiecit ad videndū si sibi fortuna
 mutaret aspectum. quem continuo recu
 pauit. capto maxie pisce quā anulū degulti
 uit ei restituit. Sed fortuna hec sic grata
 in principijs non sic perseueravit. sed faciem
 eidem mutavit quē captū a prefecto da
 rij. cruci affigi fecit. Unde claudit idē. Va
 lerius fortunam diuitiarū loquens cadu
 ca nimis inquit et fragilia sunt hec bona
 temporalia. que subito adueniūt. subitoq;
 recedunt. et in in nullo loco nullaq; psona
 stabilibus radicibus fixa consistunt. Sed il
 los quos in sublime aliqui extulerunt in

proiise destructos in miserabile pfundū
 demergunt. ob quā causam narzat idem.
 Rex quōdam sapiens fuit. cui dum corona
 regia esset oblata ut capiti imponeret. il
 le eā manu retenta diu sibi restitisse et tan
 dē dixisse. Corona magis nobilis quā se
 lux quā si quis vere cognoscat quā multis cu
 ris multisq; piculis et multis miseris ple
 na sit. nemo hāc tollere vellet iacentem.
 Hec oia dū sanct⁹ iste apud consideravit p
 pter xpm oia dereliquit. ¶ Tercia
 corona qua a dyabolo coronamur. est
 corona supbie. Ipe enim dyabolus ē rex sup
 bie. sic dicit Job. xij. Hec autē corona ē va
 na et sup vano fundata. et ideo semp ruie
 ne parata. dom⁹ enim alta nō in petra. sed
 in arena fūdāta semp minatur ruinā. et tan
 to maiore quāto firmam obtinet altiore. quā
 to enim lapis a sublimiori cadit. tāto forti⁹
 terram petit. Nā et arbor quāto ē altior. tā
 to et⁹ casus grauior. ergo corona supbie
 temporaliter alta. cū sit semp ad ruinam pa
 rata. nullo modo est appetēda. Nā Na.
 xxvij. De hac corona sic dicit. Ne inquit co
 rone effraym et flori decidenti glorie exul
 tatōnis eius. quasi diceret. Ne eternū erit
 cū superbia coronato. cū corona talis sit
 sicut gloria floris ad modicū decidentis.
 Unde statim subditur ibidem. pedib⁹ con
 culcabitur corona superbi. beatorum ef
 fraym. et erit sicut flos decidens gloria ex
 ultatōnis eius. propter quod damnati vi
 cunt illud Sapien. v. Quid nobis profu
 it superbia etc. Julianus apostata in tan
 tum ascendit quod se cōtra xpm dei filium se
 erexit. ita quod signū crucis ubiq; locoꝝ de
 struxit. Sed dum vincere perlas credidit
 a milite inuisibili vict⁹ fuit et dū pfirmari
 in regno sperauit. in quo tū imperauerat
 tribus annis. tū subito lancea pforat⁹ in
 terijt. et vellet nollet quod christus d⁹ eo tris
 phauerit ore maledicto coram omnibus
 confessus fuit. ppterea sanctus hic apo
 stolus coronam superbie procul abiecit et
 dum coronā hūilitatis accepit. ad regnū

Contra potentes superbia